



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCLIX. Markgraf Albrecht von Brandenburg beschenkt das Kloster zu
Wanzke mit den Zinsabgaben aus verschiedenen Dörfern des Landes
Stargard, am 24. Juni 1292.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCLVIII. Markgraf Otto von Brandenburg ertheilt dazu seinen Consens, daß König Adolph Goslar oder Lübeck dem Herzoge Otto von Braunschweig verpfände, am 17. Mai 1292.

Nos Otto, Dei gracia Marchio de Brandenburg, notum facimus presentium inspectoribus vniuersis, quod cum Serenissimus Dominus noster, Adolfus, Inclitus Romanorum Rex semper Augustus, promiserit Magnifico Principi Domino Lodwico Illustri Comiti Palatino Reni, Duci Bawarie, tria milia marcarum puri argenti, Colonienfis ponderis, soluere pro expensis, quas in negotio electionis sue, veniendo in Franckenfurt, stando ibidem et redeundo ad propria, noscitur impendisse, eumque apud Illustrum Principem Dominum Ottonem, Ducem de Brunswiek et Lunenburg, generum eiusdem Comitis Palatini, cui pro dote Illustris Machthildis, filie sue, tenetur in quantitate pecunie ante dicte, quitare et absoluere sponderit de eisdem, in pignus siue ypothecationem, quam pro eisdem tribus milibus marcarum sepe satus Dominus noster Rex prelibato Duci de Lunenburg fecerit, de altero opidorum Imperii, videlicet Lubecke vel Goslaria cum pertinentiis suis, tam in bonis, quam hominibus, et aliis iuribus suis, vsque ad redditus trecentarum marcarum puri argenti Colonienfis ponderis, et, si illa non sufficerent, in aliis bonis et possessionibus eiusdem Imperii, cum suis attinenciis, premillis bonis et dicto Duci de Lunenburg magis conterminis, ex nunc prout ex tunc, presentibus consentimus, et nomine Principatus nostri ad eam adhibemus consensum nostrum voluntarium et expressum, dantes eas in testimonium super eo, sigilli nostri robore communitas. Datum in Franckenfurt, Anno Domino Millefimo Ducentesimo Nonagesimo secundo, Indictione Quinta, XVI Kalend. Junii

Aus dem Origin. Guelf. III. Praefatio p. 78.

CCLIX. Markgraf Albrecht von Brandenburg beschenkt das Kloster zu Wantze mit den Zinsgaben aus verschiedenen Dörfern des Landes Stargard, am 24. Juni 1292.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Amen. Nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis recognoscimus et in publicam notitiam devenire cupimus singulorum, quibus presentes fuerint recitate, Quod attendentes vitam celibem sanctimonialium in Wantzick ipsarumque inopiam charitatis oculo intuentes, ne defectus necessariorum temporalium, sine quibus non potest fragilis humana conditio sustentari, earundem mentes devotioni deditas aliquando retrahat a divinis, sed ut temporalibus ac vite subsidiis cum gratiarum actionibus corda frequenter erigant ad eterna; Ad laudem et gloriam Dei omnipotentis ejusque Matris Marie virginis perpetue, ad salutem quoque animarum, nostre videlicet ac progenitorum, filiorum, heredum ac successorum nostrorum, dedimus siue donavimus eisdem sanctimonialibus in Wantzick presentibus et futuris ibidem centum talenta denariorum Brandenburgensium, datuorum de censu nostro, in villis subscriptis die beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum et Walburgis virginis annis singulis attollenda, ac iusto proprietatis ac libertatis titulo perpetuo possidenda. Summe villarum et nomina singularum sunt hec. Schonbeck soluit octoginta octo talenta cum dimidio, unde dabit dictis sanctimonialibus nouem talenta

tribus solidis minus. Ratey quadraginta sex talenta cum dimidio, dabit quinque talenta septem solidis minus et de molendino tres solidos. Lindow quinquaginta duo talenta, dabit quinque talenta et quatuor solidos. Boderefkendorff viginti novem talenta quatuor solidis minus, dabit III. talenta III. solidis minus. Cobelanek LIII. talenta cum dimidio, dabit V. talenta et VII. solidos. Jacik quinquaginta talenta quatuor solidis minus, dabit V. talenta sex denariis minus. Eckhorst quadraginta octo talenta cum dimidio sex denariis minus, dabit V. talenta tribus solidis minus. Glineke viginti duo talenta et septem solidos, dabit duo talenta et quinque solidos quatuor denariis minus. Werdelin viginti duo talenta et quatuor solidos, dabit duo talenta et V. solidos. Kuffow viginti duo talenta, dabit duo talenta et IIII solidos. Doberkow quadraginta unum talenta, dabit quatuor talenta et duos solidos. Lowenhagen viginti quinque talenta, dabit tertium dimidium talenti. Helpede quinquaginta duo talenta cum dimidio, dabit quinque talenta et quinque solidos. Cobelke septuaginta quinque talenta cum dimidio, dabit septem talenta et IIII solidos. Plate quadraginta talenta et V solidos, dabit quatuor talenta et sex denarios. Petersdorff quadraginta octo solidis minus, dabit quatuor talenta decem denariis minus. Gollenbeke decem et octo talenta cum dimidio, dabit triginta sex solidos et sex denarios. Willershagen decem et novem talenta et sex solidos, dabit duo talenta decem et septem denariis minus. Parfenov quinquaginta quinque talenta, dabit quinque talenta cum dimidio. Magna Moltzov viginti octo talenta cum dimidio, dabit tria talenta cum dimidio tribus solidis minus. Lype quadraginta talenta cum dimidio, dabit quatuor talenta et unum solidum. Rulow triginta septem talenta, dabit IIII talenta et IIII solidos. Mertinstorp dabit undecim solidos tribus denariis minus. Arnoldsdorp dabit octo solidos. Parva Melfow soluit IIII talenta, dabit V solidos. Camin dabit sex solidos et Gentzkow dabit viginti tres solidos. Summam horum centum talentorum nullus officialium, advocatorum vel Bedellorum nostrorum et successorum nostrorum colliget, sed solum hii, quos eodem sanctionales ad hoc duxerint statuendos, Qui plenariam habebunt potestatem dictam summam a quolibet debitam per impignorationem, si opus fuerit, extorquendi. Ut igitur hec nostra donatio eisdem sanctionalibus per nos et nostros successores inuiolabiliter perpetuo obseruetur, presentes inde confectas sigilli nostri appensione iussimus communiri. Testes quoque hujus sunt Nicolaus Prepositus in Fredelande, Johannes Plebanus in Brandenburg, Magister Johannes Plebanus in Stargarde, Theodorus Plebanus in Lichen, capellani nostri. Frater Fridericus (Ulricus?) Swaff dictus, Conradus de Feldberg, Bernhardus de Peccatel, Christianus de (et?) Buffo de Dolla, Henricus de Lancow, Wilhelmus Soneke, Wilhelmus de Lubbrecht(dorpe)*, Albertus de Heydebreke, Henricus Soneke, Gerhardus et Albertus de Dewitze, Engelke de Holzendorp et Conradus Schepelitz milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum in Lychen, Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, die nativitate Johannis baptiste.

Aus Schröders Papi. Mecklenburg S. 816.

*) Dieser Zeuge ist vermuthlich auch S. 191. Nr. CCXLVII. unter den Worten „Wilhelmus et Lubrecht Porp“, wie Klüber las, zu verstehen.